Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



9

ores. Illis enim dicet uenite benedicti patris mei & ce-
tera. ipsis autem dicet. ite in ignem eternum. qui p̄parat'
e diabolo & angelis eius. Iam & hoc q̄d egyptii & filii
israhel ad se n̄ poterant accedere. hoc significat q̄d
abrahā diuini respondit. Inter nos & uos chaos magnum
firmatum est. & cetera. Aliquando etiam nubes corpus
xpi significat ut illud. Ecce dns ascendet sup nu-
bem leue. & ingrediet egyptum. & cetera. Super nu-
bem leue ascendit & in egyptum uenit. quando carnem
humanitatis nre assumens. sine grauedine peccati
in mundo apparuit. Nubes autem pluraliter scos sig-
nificant pdicatores. qui pluunt uerbis & coruscant
miraculis. De quib' p̄ ypheta dicit. Et nubibus man-
dabo ne pluant sup eam. hoc est sup uineam ymbrem.
Cum his nubibus hoc est cum multitudine sctorum uen-
turus est dns ad iudicium. quia in eorum cordib' habitabit.
Vnde est. Dns ueniet ad iudicium cum senioribus ppli sui.
Et uidebit eum omnis oculus. Omnem oculum usita-
to more locutionum p omni homine positum hic accipi-
amus. Omnis itaq; oculus id est omnis homo. qui tunc
resurrexerit. uidebit eum corporaliter. siue ad uitam
siue ad mortem. Non autem animalium. quorum uis in
sanguine est. & cum moriunt esse desinunt oculus ui-
debit eum. sed potius oculus hominum. Alia translatio
dicit. uidebit eum omnis oculus talem. quale scilicet
despexerunt. & quale credere noluerunt. Et tunc im-
plebit. omnis caro salutare uidebit dei. Et qui eum
pupugerunt subaudit uidebunt eum. iudei scilicet
qui crucifixerunt eum lingua sicut marcus dicit.